



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XIV. Pactum inter parentes, de hereditate eorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

cumq; hanc conuenientiam , inter nos factam emutare non possit, sed sicut superius continetur , meas necessitates dū aduixero debeas procurare; & omnes res meæ , & ad pñsens , & post meum discessum , in tua potestate permaneant; & quod tibi exinde placuerit , faciendi , liberam habeas potestatem . Quod si aliquis , hoc , quoque tempore emutare voluerit , inferat tibi tantum , & quod repetit vindicare non valeat ; sed præsens epistola omni tempore firma permaneat .

XIII. PACTVM INTER PARENTES de eorum hereditate.

**Q** Vicquid enim inter propinquos , de alode parentum , nō à iudiciaria potestate coacti , sed spontè manente charitate iuste debita vnicuique portio terminatur , non de rebus detrimentum , sed

130 MARCVLFI MONACHI  
augmentum potius potest esse cen-  
fendum. Et ideo necesse est inter se  
eorum facta scripturarum serie alli-  
gari, ne ab aliquibus in posterum  
valeat refragari. Ideo dum inter il-  
lum & germanum suum illum de  
alode genitorum eorum illius & il-  
lius, bonæ pacis placuit, atque con-  
uenit, ut eam inter se manete chari-  
tate diuidere, vel exequare deberet,  
quod ita & fecerunt. Accepit itaque  
ille villas nuncupatas illas, sitas ibi,  
cum mancipiis tantis illis similiter.  
De præsidio vero, drappis, fabrica-  
turis, vel omni supellectile domus,  
quicquid dici aut nominari potest  
æqua lance inter se visi sunt diuissi-  
se, vel exæquasse, & hoc inuicem  
pars parti tradidisse, & per fistucam  
omnia partitum esse dixisse. Pro-  
pterea præsentes epistolas duas, uno  
tenore conscriptas loco pactionis  
inter se visi sunt conscripsiisse: ut

nullus deinceps cōtra parem suum,  
nisi quod ad præsens accepit, de ip-  
sa alode genitoris eorum amplius  
requirēdi pontificium habere non  
debeat. Quod si aliquando aliquis  
ex ipsis, aut heredes eorum hoc  
mutare voluerint, aut amplius re-  
quirere quam accepit, voluerit, aut  
adsumere, inferat pari suo (ista tuta  
seruata) auri lib.tan.argenti pondo  
tan. & quod repetit vindicare non  
valeat ; sed præsens pactio , omni  
tempore firma permaneat, stipula-  
tione subnixa. Actum, &c.

## XV. LIBELLVS DOTIS.

**Q**uod bonum, faustum, felix  
prosperumue eueniat. De di-  
sponandis maritandisque ordini-  
bus , ac procreationi liberorum,  
causis quæ sunt necessariæ , vt om-  
nis etiam donatio , per scriptura-  
rum seriem , pleniorem obtineat

I ij